

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxviii [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)

um est potius q̄ muscus aut herba villose densitatis atq; fistulose;
* Curatum ea scio omnibus fere ossibus contractis prolapsum ex ar
bore alta putatorem; circūdata vniuerso corpori. quam suauis in
spergentibus quotiens inarescat; raroq; nisi deficientem herbam
mutationis causa resoluentibus conualuisse vix credibili celeritate

Ca. xii. De herba qui
cunciali & prospinaca.

Fere foliis dupplo est maioribus q̄ ruta. Ramulis surculosis, crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas quasi barbular. Et in earū cacuminibus lapillos candore & rotunditate margaritarum magnitudine ciceris. Duriciavero lapidea qua pediculis adhereant cauernulas habent & intus semen. Nascitur in italia. sed laudatissima in creta. Nec quidem inter herbas maiore miraculo inspexi. Tātus est decor velut aurificum arte; alternis inter folia cādicātibus margaritis, tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. His lapillis dragme pondere potis in vino albo calculos frangi. pelli q; constat & stranguriam discuti. Nec in alia herbae fides est: Vnus statim ad quancunq; medicinam natam.

Proserpinaca herba vulgaris est; eximii aduersus scorpiones remediū. In q̄talibet lassitudine recreare defessis, etiam cum obmutuerit si subiciatur lingue. Si deuoretur; vomitionem sequi salutarem.

Capitulum vltimum de etate siue
duratione herbarum ac seminū.

Longissimo tēpore durat elaterium. Cameleon niger, xl. annis Centaurium non vltra, xii. Omnium radicum vim effectusq; minui si fructus prius maturescūt. Item feminum ante radice propter succum incisa. Resoluitur autem omnium vis; cōsuetudine. & desinunt prodesse cum opus est que cotidie in vsu fuere; eque q̄ nocere. Omnis vero herbe vehementiores effecti vritibusq; sunt in frigidis locis. & in aquilonis. Item siccis,



Liber. xxviii. medicinas continet que sumuntur ex rebus viuentibus.

Prologus

Iste erant omnium rerum nature inter celum & terram na-
d scentium, Restabantque que ex ipsa tellure fodiuntur nisi non
herbarum ac fructuum tractata remedia: auferrent trans-
uersos ex ipsis animalibus que sanantur reperta maiore medicina
Quin omnem insinuemus operam licet fastidii periculum urgeat,
quoniam ita decretum est: minorē gratiē quā vtilitatū vite respectū habere.
Nec pauci apud grecos singulorum viscerum membrorumque etiā
sapores dixerunt: omnia persecuti vsque ad resegmina vnguius, Qua
si vero sanitas sit ex homine feram fieri. Aspici humana extane-
phas habetur, quanto magis mandit? Quis ista inuenit ostenta? Te
cum enim res erit euersor generis humani monstrorumque artifex:
qui primus ea condidisti, fecisti credo ne vira tui obliuisceretur.
Quis inuenit singula membra mandere humana? Quis veneficia
innocentiora fecit quā remedia?

Hoc quisque primum in remediis animi sui habeat: ex omnibus bo-
nis que homini tribuit natura: nullum melius esse tepestiuā, morte
in eaque id optimum: quod illam sibi quisque prestare poterit.

Ca. ii. An in medendo aliqua sit vis verbo-
rum. Et de vetustis obseruationibus quae ad-
huc sunt in populari vsu & opinione.

Ax homine remediorum primum maxime questiones & sepe incerte
valeant ne aliquid verba & incantationes carminum. Sed
virum sapientissimum cuiusque respuit fides. In vniuersum ve-
ro omnibus horis hominis credit vita nec sentit. Quippe victimas
cedi sine precatione non videtur referre, nec deos rite consuli. Pre-
terea alia sunt verba impetrantis, alia depulsoris, alia commentati-
onis. Vidimusque certis precationibus obsecrasse summos magistra-
tus. Et nequid verborum pretereatur aut preposterum dicatur descri-
pto preire aliquem Vestales nostras hodie credimus non dum egressa vrbe
mancipia fugitiua: retinere in loco precationis. Quod si semel recipiat ea
non: deos preces aliquas exaudire aut vllis moueri vrbs: confitendum est
de tota coniectatione. Prisci quidem nostri perpetuo talia perdidere. Tullium
hostilius regem ex Nume libris eodem quo illum sacrificio iouem celo de-
uocare conatum quoniam parum rite quedam fecisset fulmine ictum.

In augurum disciplina constat neque diras aues neque vlla auspicia per-
tinere ad eos qui quamquam rem ingrediētes: obseruare se ea negauerit
Quo munere diuine indulgentie maius nullum est. Quin etiam & le-
gem ipsam in xii. tabulis verba sunt quae fruges excantasset. Et alibi quae ma-
lum carnem incantasset. Verrius auctores ponit quibus credat in oppu-
gnationibus ante omnia solitum a rationis sacerdotibus euocari deum: cui in

*Pliny /
Lantua /
Seminis*

*hottom
vnt fope*

manifeste
r vorrba
in v

tutela id oppidum esset: promittiq; illi eundem aut ampliorem locum apud romanos cultum ve. Durat in pontificum disciplina id sacrum. Constatq; ideo occultatum in cutus dei tutela roma esset nequi hostium simili modo agerent. Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet vt ouorū que exorbitant: quisq; calices coclearūq; protinus frangi: aut easdem coclearibus perforari. Hic teocriti apud grecos. Catuli apud nos pxime virgilii incantamentorū. amatoria imitatio. Dicit homerus pro fluxu uinum vulnerato femine: Vlixes inhibuisse carmine. Theophrastus Isgidiacos sanari. Cato prodit luxatis membris carmen auxiliari M. varro podagris. Cefarem dictatorem post vnum anapitem casum vehiculi ferunt semper vt primum confedisset (id quod pleriq; nunc facere scimus) carmine ter repetito: securitatem itinerum aucupari solitum. Licet hanc in partem singulorum cōscientiā arguere. Cur enim primum anni incipientis diem letis precationibus inuicēz faustum ominamur? Cur & facinationibus adoratione peculiari occurrimus? Cur ad mensionē defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari? Cur impares numeros ad omnia vehementiores credimus: idq; in febris dierum obseruatione intelligitur. Cur ad primitias pomorum hec vetera esse dicimus: alia noua optamus? Cur sternutamētis salutamus? Quin et absentes triunitu aurū presentire sermones de se receptū est. At talus affirmat scorpione viso si quis dicat duo: cohiberi nec vibrare ictus. Alius salua post aurem relata digito: sollicitudinem animi propiciat. Pollices cum faueamus: premere etiam puerbio ius bebimur. In adorando dextram ad osculum referimus totūq; corpus circūagimus. Quod in leuū fecisse: gallie religiosius credunt Incendio inter epulas nominato aquam sub mensa effudi. Ab hominamur recedente aliquo ab epulis: simul verri solum. Aut bibente conuiuia: mensam aut repositorium tolli: nauspiciatissimū est. Nam sternutamento reuocari ferculum mensam ve: si non potest gustetur aliquid inter dira habetur. Omnino autem esse hec instituire illi: qui omnibus negotiis horisq; credebāt inter esse deos Cibis etiam e manu prolapsus reddebatur: atq; permētas vetabatur mundiciarum causa desistere. Et pagana lege in plerisq; italie prediis cauef: ne mulieres per itinera ambulantes torqant fusos. aut omnino detectos ferant. quoniam aduersatur id omnīū spei. precipue frugum. Carmina quedam extant contra grandines contractq; morborum genera. Quedam etiam in partus. De his vt libitum cuiq; fuerit opinetur.

Ca. iiii. Remedia ex homine contra magos.

Quorundam hominū tota corpora profunt: vt ex his familiis que sunt terrori serpentibus tactu ipso leuant percussos succu ve modico. Hi in insula cypro. Ex qua familia legatus exagon nomine: a consulibus rome in dolio serpentum coniectus: experimenti causa circummulcentibus linguis experimentum prebuit. Eorum sudor medebatur nedum salua. Nam in insula. Nili tentiri nascētes tanto sunt cocodrilis terrori: vt vocem quoq; eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnātia inter neutrum quoq; mederi constat. Sicut aggruari vulnera interuentu eorum qui vnt q̄ fuerunt serpentium aut canis dentibus lesi. Idem gallinarum in cubitus pecorum fetus aborsu viciant. A scorpione aliquando percussi: nunq̄ scabronibus postea vespis apibus ve feriuntur. Minus miretur hoc qui sciat vestem a tineis nō attingi que fuerit in su-
narria

Ca. iiii. De quibusdam experimentis

et salua hominis. Et multis facilibus
remediis non adhibita materiali medicina.

Comicialem morbum tradunt sanari cibo e carne fere: occise eodē ferro quo homo interfectus sit. Omnium imprimis ieiunā saluā cōtra serpentes p̄sidio esse docuimus. Faltinationes repercutimus sinistre dextreque claudicatis occurso. Veniam quoq; diis spei alcius audattoris petimus: in sinum spuēdo. Etiam eadem ratione terna despuere deprecatione in omni medicina mos est: atq; effectū adiuuare. Incipientes furmiculos ter presignare Ieiuna salua.

Nunc mirum dicemus sed experimēto facile. Si quem peniteat Ictus: cominus eminus ve illati: & statim expuat mediam in manum qua percussit: leuatur ilico percussus a pena. Hoc sepe delumbata quadrupede approbat: statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam vero aggrauant ictus ante conatum salua similis modo in manu gesta. Credamus ergo lichenas leprasq; ieiunio silitu assiduo arceri. Item limpitudines maturina velut cotidie vna ditione. Ceruicis dolorem salua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata: leua ad sinistrum. Si quod animal aurem intrauerit & inspuatur exire. Inter annileta est edite quēq; vrine expuere. Similiter in caltiamentum dextri pedis anteq̄ induatur. Item cū quis transeat locum in quo aliquid periculum adierit. Rumpi rubetas & ranas sputo traditur. Offilius scripsit serpentes: si quis in hiatum earum expuat. Salpe torporem sedari quocūq; membro in stupente: si quis in sinu expuat. aur si superior palpebra salua tan

gatur. Nos hec credamus rite fieri. Morsus hominis inter asper-
rimos numeratur. Medentur sordes ex auribus. Ac ne quis miretur
scorpionum ictibus serpentiumq; statim imposte, melius e percussu
auribus profunt. Ita & rediua sanari. Serpentium ictum contusi de
tis humani farina. Virorum capillus canis moribus medetur ex
aceto. Et capitum vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus a reuulso
cruci quartanis. Combustus eque capillus carcinomati. Pollex
in pede preligatus proxiõ digito: tumores inguinu sedat. In ma-
nu dextra duo medii lino leuiter colligati: distillationes ac limpi-
tudines arcent.

Sanguine ipsius hominis ex quacumq; parte emisso: efficacissime an-
guinam illi tradunt. Esthines excrementorum cinere anginis me-
debat. & tonsillis. vuisq; & carcinomati. Multa genera morbo-
rum primo coitu soluuntur. primoq; feminarum mense. Aut si non
id contingat: longinque fiunt. & maxime comitiales. Oculos
vicia fieri negant nec lippite eos qui cum pedes lauant: aqua inde
ter oculos tangant. E ligno fulgure ictu reiectis post terga mani-
bus demorderi aliquid ad dentem qui doleat admoueri: remedio
esse produnt. Sunt qui precipiant dentem suffiri dente hominis sui
sexus. Et eum qui caninus vocetur in sepulto exemptu adalligari.

Vlcera non serpere ex osse hois circumscripita. Magorum hec co-
menta sunt. Inguinibus medentur aliqui licium rele detractum al-
ligantes nouenis septenis ve nodis: ad singulos nominates vidua
aliquam: atq; ita inguina adalligates: litio. Et clauum aliud ve
quod calcauerit quis alligatu ipsos iubent gerere: ne sit dolori vul-
nus. Verrucas auellunt avicesima luna in limitibus supini ipsas
intuentes. vltra caput manibus porrectis. Et quicquid comprehen-
derint eo fricantes. Clauum corporis cum cadat stella si quis dis-
stringat vel cito sanari aiunt. Cardinibus hostioru aceto affusis
lutum fronti ilitu capitis dolore sedat. Siquid e pisce heserit fauci-
bus denussis in aqua frigidam pedibus cadere. Si panis hercat ex
eodem in ytramq; aurem addito pane. Quin & sordes hominis in
magnis fecere remediis.

Minus omittere conuenit pendentes ab hominis animo medicinas
Abstineri a cibo nimio aut potu. alias vino trā: alias carne: alias
balneis: cum quid illorum postulet validado: in presentissimis re-
mediis habetur. Adnumerat excitatio intentioq; vocis. vngue
fricari cum ratione. vehemens enim fricatio spissat. leuis mollit.

Equitatio stomacho & coxis vtilissima. ptisi nauigatio. longis
moribus locorum mutatio. Item somno mederi sibi aut lectulo. aut

salus, namq;
si mullatio.
vngue
mullatio

rara vomitione: Supini cubitus oculis conducunt; ac prona iustis
sibus. In latera aduersum distillationes. Aristoteles & fabianus
plurimum somnari circa vernum & antunum tradunt magisq; sus-
pino cubitu. ac prono nichil. Theophrastus celerius concoqui dex-
tri lateris incubitu. difficilius in supinis. Solum quoq; remedio-
rum maximum ab ipso sibi prestari potest. Sicuti lintheorum strig-
liumq; vehementia. Perfundere caput aqua calida ante balneae
vaporationem postea frigida: saluberrimū intelligitur. Item pre-
sumere cibos & interponere frigidam eiusq; potu somnos anteces-
dere. & si liceat interrūpere. Notandum nullum aial preter ho-
minem calidos potus sequi. Ideoq; nō esse naturales. Mero ante
somnos colluere ora propter halitus: frigida aqua matutinis im-
pari numero; ad cauendum dentium dolores.

*Calidos potus
solus non
appropiis*

Ca. vi. De sternutamento gestis ac
nutibus & vrine medicinis & iudiriis.

Ternntamenta bina grauedinē emendāt. Et si quis muco-
nates vt tradit osculo attingat: sternutamēta & singultū.

Ob hoc varro suadet palmā altera manu scalpere. Pleriq;
anulū e sinistra in longissimū dextre digitus transferri. aut in aquā
feruentem manus immergere.

Affidere grauidis vel cum remediū alicui adhibeatur digitis pecki-
natis inter se amplexis venesutum est. Idq; compertum tradit al-
chmena herculē pariente. Peius si circa vnū ambo ve genua. Item
poplites alternis genibus imponi Ideo hec in cōsiliis ducum pote-
statum fieri vetuere maiores: veluti omnem actum impediencia.
Vetuere vero & lacus votis similimodo interesse.

Capita aperiri in conspectu magistratum nō venerattonis causa du-
xere: sed vt varro auctor est valitudinis: quo firmiora cōsuetudine
ea fierent. Cum quid oculo inciderit: alterū comprimi prodest.
Cum aqua dextre auricule: sinistro pede exultare capite in dextrū
humerū inuicem e diuersa aure. Si tussis comitetur: ab alio sali-
uam in fronte ab ore affari. In cervicis dolore poplites fricari. aut
cervicem in poplitū dolore. Pedes in humo deponi: si nerui in
his cruribus ve tendāt in lectulo. At si in leua parte id accidat: si-
nistre plante pollicem dextra manu apprehendi. Item e diuerso.

Extremitates aurium vel corporis velicatis perstringi cōtra
horrores corporis sanguinem ve nariū immodicum. Lino vel
papiro principia genitalium femur medij ad prohibenda pro-
fluenta vrine. In stomachi solutōe pedes p̄sillare aut man⁹ in feruētē
aquam dimittere. Iam & sermoni parci multis decausis salutatis

est. Triennio mecenatem accepimus silētium sibi imperauisse a cō
uulsione reddito sanguine. Nā e diuerso scandētesq; ac iacentes si
quid ingruat contra ictus spiritū cohibere salutare est. Quod inuē
tum esse aialis docuimus. Clauū ferreū defigere quo loco primū
caput defixerit corruēs morbo comitali; absolutoriū eius morbi di
citur. Cōtra renū aut lumborū vesiceq; cruciatus in balnearū foli
is pronos vrinam reddere; mitigatoriū habetur. Cōtra lippitudi
nes retro aures fricare pdest. Et lacrimosis oculis frontē. Augu
rium nō est in homine timendi mortem in egritudine; q̄diu oculo
rum pupille imaginem reddant.

Vrine impubiū puerorū cōtra saliuas aspidū quas vocant ptiadas;
qm̄ venenū in oculos hominum expuant. Contra oculorū albu
gines obscuritates, cicatricē, palpebras, & cū erui farina cōtra adu
siones. Cōtra auriū pituitas; vermiculosq; si decoquat ad dimi
dias partes: cum porro capitato nouo fictili, Vaporatioq; ea men
ses feminarum cit.

Veteri vrine si misceatur cinis ostreorū; aduersus eruptiones in cor
pore infantū; & oīa vlcera manantia. Ea exesis ambustis sedis vi
tiis ragadiis & scorpionū ictibus illiniē. Obstetricū nobilitas nō
alio succo efficacius curari pronunciauit: corporū pruritus nitro ad
dito vlceri, Capitū pruriges. Sua aut cuiq; quod fas sit dixisse
maxime prodest. Cōfestim p̄fuso canis morfu esthinoꝝq; spinis in
herentibus; & in spongia lanis ve imposita; aut aduersus canis ra
bidi morsus cinere ex ea subacto. Cōtra serpentiū ictus. Nā con
tra scolopendras mirum traditur vertice tacto vrine sue gutta libe
rari protinus lesos.

Auguria valitudinis ex ea traditur. Si
mane cādida: dein rufa sit illo modo cōcoquere; hoc concōxisse si
gnificat. Mala signa rubre, pessima nigre. Mala bulantis & cras
se. In qua quod subsidit si albū est: significat circa articulos; aut vi
scera dolorē imminere. Eadē viridis morbū viscerū, pallidabilis
Rubens sanguinis. Magi vetant eius cā cōtra solē lunāq; nudari;
aut ymbra cuiusq; ab ea respargi. Ostones contra mala omnia
medicamenta promisit auxiliari; matutinis horis suā cuiq; instil
latam in pedem

Ca. vii. de remediis ex muliebribus
capillis, lacte muliebri, saliuā men
struis, & ceteris ex muliere.

Lac mulieris in longa febre; celiaciq; vtillissimi, maxime eius
que infantē remouerit. Oculo ab ictu cruore suffuso; aut in dolore
aut epiphoris; si mulgeat plurimū prodest, magisq; cum melle, &

narcissi succo aut thuris. Semp̄q; in omni vsu efficacius esse eius q̄
marē peperit. Multoq; efficacius que geminos mares. Et si vino ce
terisq; acrioribus abstineat Mixto pretereā ouorū candido liquo
re: madidaq; lana frontibus impositū: fluxiones oculorū suspen
dit. Nā si rana saliuā sua oculum asperferit: precipuū est remediū
Et contra morsum eiusdē bibiē stillatq;. Qui simul matris filieq;
lacte inunctus sit: liberari oculorū metu in totā vitā affirmant. Au
riū quoq; vitiiis medeē modice admixto oleo. Aut si ab istu dolent
anserino adipe tepefactū. Et cōtra morbū regiū in oculis relictu:
instilatur cū elaterio. Et cōtra insaniā que facta sit hioctiami potu.
Podagris quoq; iubent cū cicuta. Alii cū ifopo & adipe anserino:
qualiter etiā vuluarū doloribus imponit. Aluū sistit potū vt rabī
rius scribit. Et mēses ciet. Eius vero que feminā enixa sit: ad vitia
tū in facie sananda valet. Pulmonū quoq; incōmoda lacte mul
eris sanant. Cui admisceatur impubis pueri vrina. & mel atticum.
Omnia singulorū coclearium mensura. Eius que marem peperit la
cte gustato: canes fieri rabiosos negant

Mulieris saliuā teiune mederi oculis cruetatis. Et si cōtra epipho
ras seruētes anguli oculorū subinde madificent. Efficaci⁹ si cibo
vinoq; se pridie abstinent. Inuenio & fascia mulieris alligato capi
te dolores minui.

Abigi gradines turbineq; contra fulgura ip̄is in mēse cōnudatis
sic auerti violētiā celi. In nauigando tēpestates etiā sine menstruis.

Ex ip̄is mēribus dira & ifanda vaticinant. vt indicanius. Egbus
dixisse nō pudeat. Si in defectu lune solis ve cōtingat vis illa: irre
mediabile fieri. Nō segnius & in silente luna: coitus suos maribus
exitiales esse: atq; pestiferos. Purpuraq; quoq; ab his eo tpe pollui.

Quocūq; autē alio mēstruo: si nudate segetē ambiāt: erucas ac
vermiculos scarabeosq; ac alia noxia decidere Metrodorus in ca
padotia inuētū pdit ob multitudinē cātaridū illas ire p̄ mediā arua
relectis sup clunes vestibus. Alibi seruat vt nudis pedibus eant; ca
pitis pilis cinctūq; dissoluto. Cauendū ne id sole oriente faciant
sementē enī arescere Nouella vitis eius tactu impetuū ledit. Ru
tam & hederas ilico mori. Certum est tactis alueariis apes fugere.

Equas si sint grauide visas abortum pati. Quin & aspectu omni
no quis procul visas; si purgatio illa post virginitatē prima sit. aut
in virginitate spontanea. Nam bitumen in india nascens sola hac
vi sponte superari. Et fila vestis cōtactē vt docuimus; ne igne qui
dem vincantur quo cuncta. Cinere menstruorum: iumentorū om
niū vlcera sanari certum est. addita caminorum farina & cera. Asp

rimãq; vim profluuii esse primis annis virginitate resoluta. Id quoq; conuenit quo nichil libentius crediderim: tactis omnino mansuetudo postibus irritas fieri magorum artes: generis vanissimi vt est mare licet.

Ca. viii. De animalibus peregrinis vt elephanto leone.

Eonis adeps cum rosaceo cutē in facie custodit a vitii cā doremq; seruat. Sanat adusta niuibus: articularumq; tumores. Magorū vanitates perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud reges populos ve promittunt, fel aqua adita claritatem oculis inunctis facit. Cum adip eiusdem comitiales morbos discutit leni gustu si protinus qui sumpserit cursu id digerant. Cor in cibo sumptum quartanis medetur. Adeps cum rosaceo cotidianis febribus, Perunctos eo; bestie fugiunt, Resistere etiā insidiis videtur.

Ca. ix. Medicine cōmunes ex feris animalibus. aut eiusdem generis placidis, lacte, axungia, sero, seño, medullis, sanguine, cornibus, coagulis ossibus, pellibus & cetera.

Maximè alit lac humanū. post caprinū. Stomacho accommodatissimum caprinū: quoniā fronde magis q̄ herba vescitur. Bubulum medicatius. Ouilum dulcius & magis alit. Lac pbatissimū quod vngue heret: nec defluit. Innocētius decoctū. precipue cū calculis marinis. Aluus maxie soluitur bubulo. Minus inflat quodcūq; decoctum. Sanat vuas, lichenas. Ad oīa vtile cōtusa aut luxata. Maxime renes, vesicam. Interranea fauces, pulmones, foris pruritus cutis. Eruptiones, pituite. Cibi aut potus abstinētia. Sunt inter exempla qui asininū bibendo; liberati sunt podagra chiragra ve. Serum decoquant ad tertias ptes & subdiuo refrigerāt. bibitur efficacissime per interualla: sanis diebus quinq; a melācolicis comicialibus; paraliticis; lepris; elefantis; articularibus morbis. In funditur quoq; lac cōtra rosiones a medicamētis factas. Et si vrat dysenteria: decoctam cū marinis lapillis, aut cum ptisanā hordeacea. Item cōtra rosiones intestinorū bubulum aut ouilū vtilius. Recens quoq; dysentericis infundit. Gargarifatur faucibus exulceratis vtilissime. & bibitur ab ibecillitate vires colligētib; quos atrophos vocāt. In febrē etiā q̄ careat dolore capitis. Pueris ante cibū lactis asinini heminā dari cōuenit. Aut si ī exitu cibi rosiones sentiant; antiqui in archanis habuere.

*animalibus
deps
rosiones
atrophos
Lactis*

Bubuli serum orpthonoicis prodest: ante cetera addito nasturtio. In vnguntur etiā oculi in lactis heminis: sesami additis dragmis quatuor in lippitudine. Caprino lienes sanantur: post bidui inediā: tertia die hedera pastis capris: per triduiū potō sine alio cibo. Suillum vtilissimum tenasmo. dissinterie. necnon ptificis.

ad hoc

Proxima in cōibus laus est adipi, & maxime suo. Apud antiquos religiosus erat. Certe noue nupte intrātes etiānum solēne habent postes eo attingere. Inueterat̄ duobus modis, aut cum sale aut sincerus, tanto vtilior q̄to vestutior. Neq; est occulta viriū causa quoniā id aīal herbarū radicibus vestitur. Itaq; etiā fimo innumerī vsus. Quāobrem non de alia loquamur sue, multo efficaciore femina, & que nō peperit, multo prestātor in apris. Vsus igitur axungie est: ad emolliēda: exalfaciēda: discutiēda: purgandaq;. Medicorum aliqui admixto anferis adipe taurorūq; seuo & ysopo ad podagras vti iubent. Si vero permanet dolor: cum cera mirto resina pice. Sincera axungia medetur ambustis vel niue. Prodest & confricatis mēbris, Itinerumq; lassitudines: & fatigationes leuat.

Ad tussim veterē recens decoquitur quadrātis pondere: In vini cyathis tribus addito melle. Vetus etiā ptisim in pillulis sumpta sanat: q̄ sine sale inueterata est. Omnino enī non nisi ad ea: q̄ purganda sint: aut que nō sint exulcerata: & calida recipitur. Quidā quadrātes axungie & mulsi: in vini cyathis tribus: coquunt cōtra tussim. Quitoq; die: picē liquidā in ouo sumi iubēt: circūligatis lateribus & pectoribus & scapulis: eorū qui ptisim sentiunt. Tantaq; est vis vt genibus etiā adalligata: redeat in os sapor. Ea; expuere vidēt. E sue que nō peperit aptissime vtūtur, ad cutem mulieres.

Contra scabiem vero quis: admixto iumentorū seuo: pro pte tertia & pice pariterq; sub feruefactis. Sincera partus in abortum verāgentes nutrit coliriti modo subdita. Cicatrices cōcolores facit: cerusa admixta vel argenti spuma. At cum sulfure vnguiū scabricias emendat. Medetur & capillo fluenti. Pauos sanat ilita cum calce. Item furunculos duriciēq; māmaram. Rupta & conuulsa & luxuta sanat. Pruritus & papulas ī balneo per vnctis sanat ac tollit. His que serpat ilitū cum resia. Antiqui maxime axibus vehiculor; per vngēdis: ad faciliore circūactū rotarū vtebātur. Vñ nomē. Sic quoq; vtili medicia cū illa ferrugine rotar; ad sedis viciavirilitatisq;. Et perse axūgiā medici antiq; maxie pbabāt: renib; detactā, & exemptis venis aq; celesti fricabāt crebro, decoqbant. fictili nouo sepius, tum demum asseruātes. Massurius palmā dedisse lupino antiquos tradit. Que ratio adipis eadē in his que rumimant seui est, alijs

modis non minoris potētie. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel falsa lotum, mox in pila tufum aspersa marina. Crebro postea coquitur: donec omnis auferatur odor. Mox assiduo sole ad candorem adducitur. A renibus autem omne laudatissimū est. Si vero vetus renocetur ad curam liquefieri prius iubent. Mox frigida aqua lauari sepius. Dein liquefacere affuso vino q̄ odoratissimo. Eodemq; modo iterum ac sepius cogunt: donec virus euanescat: Multi priuatim sic taurorum: leonum: pantherarum curari iubent.

Comunis est ratio medularum, omnes molliunt, explent calfaciunt. Laudatissima ceruiua, mox vitulina dem hircina & caprina. Curantur ante autūnum recentes lotē, siccateq; in ymbra per cribrum. Deinde liquata per linthea exprimuntur, ac reponūtur in fistili locis frigidis.

fel
Inter omnia cōmunia animalium fel prestantius effectu. Est enī vis eius excalfacere, mordere, scindere extrahere discutere. Minorū animalium subtilius intelligitur. Omne autem curatur: recens preligato ore lino crasso: demissum in feruentem aquam semi hora mox siccatum sine sole atq; in melle conditum. Damnatur equinum tantū inter venena. Hircorum sanguini vis est: vt ferramentorum subtilitas non aliter acuatut aut induretur: aut scabritia poliatur vehementius q̄ lima.

Serpētibus exitio esse ceruos nemo ignorat. Et ex tractas cauernis mandant. Quin & odore cornus eius fugari: si vratur. At e summo gutture vstis ossibus cōgregari dicuntur. Pelles eiusdem animalis substracte: securos prestant ab eo metu somnos. Coagulū quoq; ex aceto potum ab ictu. Et si omnino tactum sit: eodie non ferit serpens. Testes quoq; eius inueterati vel genitale maris salutariter dantur in vino.

Ca. x. Medicine ex apris, capris
lupis afinis. Iterū contra rabidos
canes venena. & alia.

Caprarū cornu vel pilis accensis: fugari serpētes dicunt. Cinerēq; eorum potū vel ilitum cōtra ictus valere. Ipse lactis haustus cū vua aminea. Millia remediōrū ex eo aīali demonstrātur, quod equidem miror cū febre neget carere. Democritus effectus auget eius qui singularis natus sit.

Siquis afino in aurē dixerit percussum se a scorpione: trāfire malū protinus tradūt. Venenataq; oīa accenso eius pulmone fringere. Canis rabidi morfu facta vulnera circūcidunt: ad vituas carnes, canemq; vituli admovent. & Ius eiusdem carnis decocte dant potū

aut axungiam cum calce tusam, Laudant hirci iecur, quo imposito
ne temptari quideꝫ aque metu affirmant. Laudant & capre simũm
ex vino ilitum aut melle. Ad reliquos bestiarũ morsus caprinũ
caseum siccum cum origano imponũt, & bibi iubent. Ad hominis
morsus carnẽ bubulã decoctam. Venefitiis rostrum lupi resiste
re inueteratũ aiunt, ob idq; villarũ portis prefigunt, Lupi vestigia
calcata equis afferunt torporẽ, His qui argentũ vinũ biberint: lar
dum remedio est. Asinino lacte potio venena restingũtur. Pec
liariter si hioftiamũ potum sit: aut viscum: aut cicuta aut lepus ma
rinus, Meminisse oportebit recenti vtendũ aut non multo postea te
pefacto, nullũ enim celerius euanescit, Contra sanguisugas po
tas butirum remedio est: cũ aceto ferro calefacto, quod & per se p
dest contra venena, Nam si oleum non sit: vicem eius representat.

Multipedium morsus cum oleo sanat.

Papilio lucernis aduolãs iter mala medicamẽra numerat, Huic cõ
trariũ & iecur caprinũ, sicut fel venefitiis ex mustella rustica factis,

Capitis vlcera manãtia: vrina tauri efficaciter sanat, Item hois ve
tus: si siclaminum adiciatur & sulphur, Efficatius tamẽ vitulinũ
fel, Quo cum aceto calfacto tolluntur & lendes, Senum vituli
cum sale tritum: capitis vlceribus vtilissimum, Caprini cornus
farina vel cinis: magisq; hircini addito nitro: & tamarisci semine:
et butiro oleoq;: prius capite raso: mire continent: Ita fluent ca
pillum, Lacte caprino lendes tolli tradunt.

Dentes mobiles confirmat ceruii cornus cinis doloresq; eorũ mit
tigat: siue infricẽtur siue colluãtur, Sanguinẽ expuẽtes ceruii
cornus cinis aluũq; sistit, Quidã efficaciorẽ ad omnes dentũ vsus
crudi cornus farinã arbitrãtur, Capitis leporũ cinis dentifriciũ
est, Adiecto nardo mulcet graueoletiam oris, Aliqui murmorũ ca
pitem cinerẽ miscuisse mailunt, Talus bubulus accensus eos qui
labant cum dolore admotus cõfirmat, Eiusdẽ cinis cum mirra den
tifricium est, Ossa quoq; ex vngulis suum combusta eundem effe
ctum habent.

Equarũ virus a coitu in lichitis accẽsum maxilans p̃didit equorũ
capitũ visus representare mōstrifice, Similiter ex asinis, Nã hipo
manes tãtas in venefitio vires habet: vt affusum eris mixture: In ef
figiem eque olimpie admotos mares equos: ad rabiẽ coitus agat,

Talorũ capre recentiuũ cinis dentifritio placet, Et omniũ fere
villaticarũ quadrupedũ ne sepius eadẽ dicãtur, Cutẽ in facie eru
gari: & tenerescere: & candorem custodiri: lacte asinino putãt, No
tumq; est cotidie, vii, c, numerum: fouere vxorem neronis p̃opeam

*hirci ros
venefitiis
resistit*

Balnearum sic folio temperato : asinorū gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituite in facie butiro ilito tolluntur. Efficacius cum cerusa. Sincero vero ea vitia que serpunt in super imposta farina hordeacea. Vlcera oris & rimas : seu vitulinum vel bovis cum adipe anseris & ocimi succo. Idem prestat & medula cum resina . vel si vaccina sit . iusq; e carne vaccina.

Lacte bubulo aut caprino ; tonsile & arterie exulcerate leuant, Gargarifatur tepidū vt est expressum aut calefactū. Caprinū vitilium cum malua decoctū & sale exiguo, Lingue exulcerationi & arteriarum pdest ius omasi si gargarifatur. Tonsillis aut priuatim renes vitilium aridi cū melle triti ilitiq;. Vlcera butirum citissime sanat. Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit. Item bubuli. Ptilicis medetur iecur lupi ex vino & tulli, Fimi leporis cinis in vino speri potus nocturnis tussibus. Pilli quoq; leporis suffiti nocturnas excreationes pulmonis ; pectorisq; graue olentiam halitus butirū efficacissime iuuat : cum pari modo mellis attici decoctum : donec ruffecat matutinis sumptum ad mensuram lingue. Si sanguis rei ciatur ; efficacem tradunt bubulum sanguinem ; modice & cum aceto sumptum. Nam de taurino credere temerarium est

Ventris dolore temeri negant talum leporis hñtes. Aluū sistit ceruini cornu cinis. Equi fimi cinis in aqua potus. Macresius femine herbis paste lardum. Adeps lupi ilitus in his q̄ rumpere oportet plurimū proficit. fimum bubulum in cinere calefactū aut caprinū in vino vel aceto decoctū. Ambustis prodest vsinus adeps cum lili radicibus. Aprinū aut suilum fimum inueteratū. Tali bubuli cinis cum cera & medula ceruina . fimum leporis. Sed caprinum fimum sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum prestatissimū fit ex auribus taurorū : & genitalibus nec quicq; efficacius pdest ambustis. Sed adulteratur nichil eque . quibusuis pellibus inueteratis ; calciamentisq; etiā decoctis

Neruorum doloribus fimum caprinū coctum aceto cum melle : vitilifimum putant : vel putrescente neruo. Spasmata & percussu vitiatata : fimo aprino curant ; vere collecto & siccato. Sic & quadrigis agedis tractos rota ve vulneratos & quoquomodo sanguine contuso : vel si recēs iliniatur. Sunt qui id coxisse aceto vitilium putent. Quī & in potu farinā eam . ruptis conuulseratisq; & eueris : ex aceto salutare pmittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt . feruntq; neronem principem hac potione recreari : cum sic quoq; setrigario approbare vellet

Scabiem hominis asinine medule maxime abolēt. Vrine eiusdē cū

suo luto ilite. butirū etiam quod in iumentis pficit cū calida. Ca-
num scabies sanā sanguine bubulo recenti iterūq; cum inarescat
ilito. Et postero die abluto cinere lixiuo. Carnem vituli si cum ari-
stologia inasflata edant circa conceptū mares parituras promittunt

Profluuiū quis immesum vrina capre pota sili obterrices pmit-
tunt. Et si fimum ilinaf. Infantibus nichil butirovtilius: p se & cū
melle priuatim & in detitione: & ad gingiuas: & oris vlcera. Pel-
lis asinina iniecta infantes impuidos facit. Dētes qui equis primi
cadunt facilem dentitionem prestant infantibus colligati. Dens
lupi adalligatus infantium pauores prohibet. denciēriq; morbos
Quod & pellis lupina prestat. Dentes quidem eorum maximi egs
quoq; adalligati infatigabilem cursum prestare dicuntur. Som-
nos fieri lepore sumpto in cibis cato arbitratur. Muris fimo ilito p
hibetur virorum venus.

Butirum largius sumptum: celiacis & dissentericis medetur. Iecur
vacinum. Cornus ceruini cinis tribus digitis captus in potione aq
Vituli ius vulgariter datū inter auxilia celiacorū & dissentericorum
tradunt. Lactis asinini potus vtilior addito melle. Nec minus effi-
cax fimi cinis ex vino vtriq; vitio. Et lactis bubuli decocti potus.
Dissentericis mellis aliquid addi precipiunt. Si tormina sint: cor-
nus ceruini cinerem cymino mixtum. Caseus recens vacinus: im-
mittitur ad vtrumq; vitium. Canciores sanguine caprino: cum fa-
tina hordeacea & resina: ventrem iliniunt in torminibus. Ad om-
nes epiphoras ventris caseum ilini mollem suadent. Veterem in fa-
rina tritum: celiacis & dissentericis dari: cyatho casei in cyathis vi-
ni tribus. Tenasmos tollitur potio lacte asinino. Item vacino. Fe-
minum impetui & supputationi prodest: vrina asini cū melanthio
& vngule equine cinis cum oleo & aqua. Et sanguis bubulus. Item
fel Caro quoq; eisdē effectus habet: calida imposita. Et vngule
cinis ex aqua & melle. fimum caprarum in melle decoctus. Vrina
suum in lana imposita. Femina acteri aduriq; equitatu notum est
Vtilissimum est ad omnes inde causas: spumam equi ex ore inguis-
nibusq; illinire.

Clauos & rimas calliq; vitia: fimum apri vel suis recens ilitum ac
tertio die solutum sanat. Talorum cinis. pulmo aprinus aut sulus
aut ceruinus. Clauos seuum bubulum cum thuris polline. Pernio-
nes corium vstum. melius si ex vetere calciamento.

Articulorū artrit fel aprorū vel suū lintheo calefacto impositū. Vi-
tulicq; qui nūq; herbā gustauerit fimum. Itē caprinum cum melle &
aceto coctū. Vngues scabros seu vituli emēdat. Verrucas tollit

vitulini fimi cinis ex aceto. Asini vrine lutū. Regio morbo cornu
cerui cinis. fimum asini pulli quod primū edidit a partu: datū fa-
be magnitudine e vino: medet̄ intra tertiū diem. Idem ex equino.

Fractis ossibus presentaneus maxilarū aprī cinis vel suis. Itēz lar-
dum elixum atq; circūligatum mira celeritate solidat. Ptticis me-
dentur iecur lupi ex vino. Macre suis femine herbis paste lardum.
Carnes asinine ex iure sumpte. Hoc genere maxime i achaia curāt
id malum. Bubuli cornus mucronem exustū: duoz cocleariū mē-
sura: addito melle pillulis deuoratis. Lupi & capre seui cyathos
vel lactis pari mēsurā: deploratū ptticū cōualuisse certus auctor ē

Sunt & qui suū fimi cinerē profuisse dixerunt in passo. Igni sacro
vitulinū simū recens vel bubulū. Ruborem cū prurigine: equi
spuma: aut vngule cinis. Pustulis suili fimi cinis aqua ilitus vel cor-
nus ceruini cinis

Ca. xi. mira de animalibus

Vestigium equi excussum vngula: si quis collectū reponat sin-
gultus remediū esse: recordātibus quonā loco id repouerint. Ie-
cur luporū equine vngule simile esse. Rūpi equos qui vestigia lupo-
rum sub equite sequant̄. Nullas carnes teredinē sentire luna de-
crescente induratas sale. Leporē surdū celerius pinguescere. Si fā-
guis pfluat iumētis suilū fimū ex vino infundendū. Gallinaceos
non attingi a vulpibus: qui iecur animalis eius aridū ederint: vel
si pellicula ex eo galli collū induatur. Similia in felle mustele. Lu-
pos in agrū non accedere: si capti vnus pedibus fractis: cultroq;
adacto: paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atq; ipse de-
fodiāt̄ in eo loco ex quo ceperit trahi. Aut si vomerē quo primus
sulcus eo arino in agro ductus sit: excussum aratro focus lariū quo
familia conuenit absumat. Ac lupum nulli animalium nociturum
in eo agro q̄diu id fiat.

Finis libri. xxviii.



lber. xxix. continet originem medicine & abusus ite-
rumq; & quorundā medicinaꝝ profitentium abusus
medicinas tractat ex his que ab aialibus proueniunt

Ca. i. medicinā profitentes imperi-
tos vituperio afficit. eosq; qui medi-
cinas nisi multe compositionis &
multi precii non probant.